

cetis et balena. et sunt balene immense magnitudinis belue ab emittendo et fundendo aquas sic vocate. Omnibus enim alijs beluis marinis alius iaciunt vndas. Balena enim emittere dicitur. Cete autem dicuntur a corporis immanitate. ut dicitur *Isid.* li. xij. Dicit autem in libro *Horatij* Cete abundat in spermate. et pro eius coitu cum femina quod superfluit supernatat aque. quod collectum et delictatum in ambre substantia nam commutatur. quoniam enim multum esurit. vaporis odorem ad modum odoris ambre ex ore suo emittit. in quo pisces delectantur. et propter vaporis redolentiam ipsius officium ingreditur. et sic decepti ab ipso deuorantur. In his pisce ut dicit idem. materia terrestris dominatur plus quam aqua. et ideo multe est corporis lenitie et pinguedinis. Unde in senectute pre magnitudine corporis in eius dorso coadunatur puluis et condensatur in tantum quod herbe et fructus ibi crescunt. ita ut belua in insule similis esse videatur. ad quam si nauigantes incaute appropinquerint. sine periculo vix euadunt. Nam aqua ita tanta quantitate dore eicit super nauem et diffundit quod ipsa aliquando obruit et submergit. Tante etiam est pinguedinis quod quando piscatorum percutit venabulis siue telis vulnus non sentit nisi prius pinguedo totaliter proforetur. sed quando caro interior ledit tunc facillime capit. quia amaritudinem aque salis non sufferens licet petit. Tante autem est quantitatis quod non capit tota pariteria ex sua captura emendat. Catulos suos amore miro diligit et eos in pelago longo tempore circūducit. quod si eos ab arenarum cum impediri conigerit aque multitudinem in ore collectam super eos fundit. et sic eos a periculo liberans ad profundum pelagi reuocat et reducit contra omnes occursum ipsius nocuos procorum defensione se opponit. et semper inter se et mare in pretutione eos ponit. et quoniam inualefcit tē pestas fetus suos ad huc iuuenes et teneros in ventre suum contrahit quos serenuitate facta viuos euomit iterum et emittit ut dicit idem. In tenioribus contra cetum pugnat quidam piscis serpentinus et venenosus sicut cocodrillus. et fugiunt pisces ad caudam ceti. quod si deuictus fuerit pisces periclitantur. Quod si non poterit ille piscis pestifer deuincere cetum. a faucibus suis

fumosum vaporem fetidissimum in aquam emittit. Cete vero fumo odorifero dore emisso. fetidum odorem repellit. et sic se et suos protegit et defendit

Incipit liber. xiiii. De terra et partibus eius

Discuam diuina cooperante gratia completus est tractatus de proprietatibus corporis supremi luminosi. scilicet celi et corporis intermedij lucidi perspicui et dyaphani. scilicet ignei aerei et aquei. vltimo dicendum est de proprietatibus corporis infimi et opaci. et hoc tam in generali quam in speciali. Corpus autem infimum et extremum est ipsa terra respectu celi. De cuius proprietatibus communibus aliqua sunt huic opusculo inferenda. et hoc quo ad eius substantiam et qualitatem et contentum siue ornamatum. Continet autem in se interius ornamenta omnia metheorica et mineralia sicut lapides et metalla. exterius vero sensibilia sicut bestias et iumenta. et vegetabilia ut herbas plantulas et arbuta. de quibus omnibus ponenda sunt aliqua in hoc tractatu. prout de eis sacra scriptura videtur in superficie facere mentionem. Simplicia autem et omnibus fere nota credimus nec simplicibus sufficere debere. et ideo de illis pauca recitantes maiora maioribus et subtiliora subtilioribus reseruamus. Hoc autem in principio huius opusculi volumus preteritari. quod parum aut nihil de nostro hic apponimus. sed autentica sanctorum et etiam aliquorum philosophorum dicta quemadmodum in precedentibus fecimus interscalariter per ordinem inseremus

De terra

Capitulum. i.

Terra itaque ut dicitur *Isidorus* libro. xiiij. ca. i. est in media mundi regione posita. ab omnibus partibus celi in modum centri equali intervallo separata que singulari numero totum orbem signat. in plurali vero singulas eius partes. Est autem dicta terra ut dicitur ibidem a superioris parte qua teritur. Nec et humus dicitur a mari humido cui coniungitur. Dicitur et tellus.

quia fructus eius tollimus. Dicitur et opes eo quod opem fert frugibus. Eadem dicitur arida, vel quia arature vel culture est apta, vel quia ab aqua siccitate propria est distincta, quoniam enim humida sit hoc ab aque vicinitate sortitur sicut ibi dicitur **Isidorus**. Propter aures autem terre descriptis **Basilio** in exameron sic. Terra inquit est corpus infimum et medium equalibus spatiis a celo remotum, et ideo celi centrum a sapientibus est vocatum, unde et omnium corporum est corpus lentissimum de simplicitate et subtilitate habet minimum alterum mundi firmatum fundamentum. Corpus natura frigidum et siccum, quantitate respectu specu celi minimum quantum in se maximum, qualitate obscurum et ex se opacum, figuracione sphericum, et non nisi aque glutino commansiuum sicut se totum quietum, licet in suis partibus suscipiat sepe motum, omnium corporalium viventium habitaculum pedum dei scabellum dicitur, eo quod in corpore mundi minima est species huius elementum minusque apparet in eo diuine operatione potestans, propter quod dicitur suo quasi in fimo pede tangere terram. Quia respectu magnitudinis et pulchritudinis celi minime videtur in corpore terre diuine sapientie sublimitas relucere, quantum autem terra respectu celestis corporis sit infima tamen luminarium celestium influentia est maxime susceptiva. Et ideo fecundissima est tanquam mater omnium et multarum et contrariarum specierum maxime productiva. Cum enim sit celi centrum in omni sui parte ab ipso recipit influentiam et effectum, unde quod minus nobilitatis videtur habere in sua suba recuperat in effectum et virtute sua, quia nobiliores producit sicut quidam species aliquas quam ipsum celum quod per ornatum habet solas insensibiles stellas. Terra vero per ornatum continet et producit vegetabiles sensibiles et rationales creaturas, ut dicitur **Basilio**. Dicit etiam ad hoc idem, terra ut dicitur philosophus est propria equilibra ta ponderibus, quolibet enim suarum partium suo pondere nititur ad mundi medium quo nititur et inclinatione singularium prius tota circa centrum equilibra suspenditur et equaliter immobilis retinetur sicut scriptum est. Qui fundavit terram super stabilitatem etc. Ideo sicut **Isidorus** libro .xj. dicitur solum, quia elementum est solidum

cuiuslibet corporis quantum cumque ponderosi sunt fines totam mole. Unde quolibet grauium sursum mota quousque terram stabilem tangant permanent in quieta, sed cum puenerint ad terram quietantur. Propter insignes autem ipsius terre proprietates nobiles et effectus error gentiliu terram deificauit et eam diuinis honoribus antiquitus venerant et colere consuevit sicut tanquam **Isidorus** libro .viii. in tractatu de diis gentium et nominibus ca. xiiij. Cerere deorum matrem vocauerunt antiqui terram a creatio frugibus sic dicta eo quod omnia cibant et nutrit indigentia alimento. **Ita** terra mater est secundum dicitur quia nullum vegetabile potest crescere nisi in terrestri substantia radicitur. Ideo etiam opes est dicta quia melior sit terra opere culture, et ex ipsa consequitur opem victus quolibet viuens creatura dicta est dea vestita quia constat vi sua vel quia herbis et arboribus et floribus sit vestita, ut dicitur idem. Terra enim seminibus areiscentibus in hyeme colore concipit ab ethere in vere et estate, unde tunc herbis et floribus ornatur et vestitur quibus in autumno et hyeme spoliatur. In signum autem tante fecunditatis et virtutis facta est ei magna imago feminea alma matrem nuncupata cum iurata corona posita super currum cui leones domini subiciebantur in vna manu portabat clauem in alia tympanum siue cymbalum cuius aurige vibrabant gladios quos gestabant et galli matronas sedentes in currum subsequi fingebantur etc. Mater siquidem fuit dicta eo quod plura pariat et omnibus mortalibus cibum gignat. Dicitur autem et mater alma, eo quod omnia animalia alat. Est enim elementorum nutritrix terra, ut dicitur **Isidorus**, coronam turratam in capite gestare dicitur, quia cunctis ciuitatibus suppositis insignitur in currum rotato vehitur quod ipsa terra pendet in volubili aere in quo sustinetur, sedet autem in currum volubili quod cum omnia moueant illa sola dicitur non moueri quod illi leones subiiciunt mansuetos ostendit nullum genus esse tam ferum quod in morte non subiciatur terra possit aut superari, quia clavis in manu fingitur ostendit quod terra hyeme claudit et ut nascatur fruges in vere aperit. Quae autem terre dicantur galli seruire ostendit quod volatilia indigent seminibus terre, et non aeres eam oportet

sequi et ad eam descendere ut in ea possint se-
mina victus gratia reperire. sonitus autem
cymbalorum designat in colendis agris stre-
pitus feramentorum vomerum et ligonum
et ideo eorum quia antiqui instrumentis ene-
is colebant terram antequam ferrum esset inue-
ntum. ut dicit **Isidorus**. quia ministri eius cum
strictis gladiis finguntur designat quod per ter-
ram defensanda vel acquirenda sepe bella com-
mittuntur in quibus gladii extrahuntur. **His**
et alijs multis modis describitur proprietates
terre sub integumento fabularum. sicut ibi-
dem recitatur ab **Isidoro**. Quavis autem ter-
ra sit summe fixa et stabilis secundum situm. summe
tamen inter elementa est passibilis per effe-
ctum. **Item** quavis secundum substantiam sit frigida
quosdam tamen in se continet vapores igneos
quos emittit. ut patet in etna et vulcano. si-
cut ibidem dicitur idem. **Item** quavis terra sup-
ficialiter exterius sit nigra et indecora. intrin-
secus tamen continet multa preciosa. **Ex** qua
dam enim celestis influentie impressione in in-
terioribus terre venis preciose gemme et no-
bilia metalla generantur. **Unde** et terre vir-
tuositas sub quadam extrinseca deformita-
te occultatur. **Item** terra undique mari cingi-
tur et maris brachijs circumdatur et percutit.
a cuius humiditate per occultos meatus pen-
nerratur ne per siccitatis naturalis dominio
resolutis partibus redigatur in pulverem
ut dicit **Bedae**. **Item** terra quavis in suo to-
to sit solida in substantia eius tamen quelibet
pars ad centrum est naturaliter motiva.
et per admixtionem ignearum partium et aere-
arum fit in aliquibus suis partibus rara et
porosa cavernosa et spongiosa. Cuius con-
cavitate vapor ventosus subintrat terre par-
tes commouet et agitat et generat tremo-
tum. sicut dicit **Aristoteles** libro de meteoris
Ventus inquit frigidus in ventre terre agi-
tatus facit istam agitationem que est tremo-
tus. et sequitur ibidem sicut fit sonitus ex con-
fricatione corporum se allidentium in aere ita
fit motus ex diversitate agitationis veteri oc-
cultatur in terra et est signum super hoc. quia
non ad quiescat donec scindatur terra et erit
ventus audiri voce etc. **Item** ibidem dicit **Ari-**

stoteles in locis in quibus fit concursus mas-
ris vehemens et agitatio undarum eius in
locis multarum cavernarum fit vehemens ter-
remotus. sicut accidit tempore herculis in
quibusdam insulis in quibus incepit elevari
terra ad similitudinem collis deinde scis-
sus est locus ille et exiit ventus fortis qui
destruxit civitatem cuius impressio manife-
sta est usque nunc etc. **Item** idem ibidem tremo-
tum consequitur vel concomitatur tenebro-
sitas tegens solem absque nube usque ad con-
sumptionem terremotus propter vapores
grossum et antecedit terremotus signum si-
gnans eius esse quod videtur in celo nubes
longa sicut linea recta ante occasum solis. Et
sequitur ibidem. **Et** accidit quandoque terre-
motus propter eclipsem per lunam. quia tunc
calor solis non pervenit ad aerem ut subtili-
et consumat vaporem qui est causa tremo-
tus. **Item** in libro vegetabilium **Aristo.** terre-
motus in locis arenosis non fit sed in locis in-
terioribus cavernosis et exterius in superficie duris
sicut sunt loca montium. quia si locus in
superficie fuerit rarus exhalat vapor paulatim
et non fit tanta aggregatio vaporis ut
possit movere terram. sed cum locus interi-
us est concavus et spongiosus et exterius sol-
dus atque durus aggregatis partibus vaporis
fit agitatio fortis ita quod aliquando scin-
dit terram. **In** locis ergo omnino porosis non
accidit de facili motus terre propter vaporis
continuum eventationem nec in locis valde
duris et compactis propter partium com-
pressionem propter quam illas vapor pluri-
mum non subintrat. sed accidit in locis interi-
us cavernosis. sed duris exterius et compactis.
Hucusque **Aristoteles**. **Item** terra cum sit
elementum secundum substantiam similis est in toto
et in partibus. sed tamen secundum qualitatem non
est in suis partibus uniformis. imo propter
aliam qualitatem elementarium admixtionem
complexionem et naturam mutat. et ideo uni-
formem non habet dispositionem nunc color-
em variat nunc saporem. **Ista** diversitas me-
tis accidit de causis et in multis modis. quoniam
doque ex sua elevatione et depressione. **Itaque**
elevata est frigidior depressior vero et decli-

uio: esse calidior consuevit quod vt dicit ma-
crobius, accidit propter radios solis forti-
orem impressionem tam in locis depressis q̄
in altis. Aer enim grossior est in vallibus q̄
in montanis, et ideo maior ibi fit aggregatio
radioꝝum et etiā conculcatio propter reuer-
berationē ad aerē grossum. In locis v̄o mō-
tuosis et altis quia aerē habent rarioꝝe disp-
guntur radij et non ita coartantur, et ideo mi-
nor ibidē generatur calor. Itē ex directa vel
indirecta solis oppositione quia illa terra fer-
tilior est que sibi sitū disposita ē maxime ad
susceptionem concurrentiꝝ radiosꝝum solari-
um, que vero magis elongatur a radijs mi-
nus apta frugibus et fructibus reperit. Itē
ex ventoꝝum diuersificatione, nā terrā quā cō-
tinue perflat vētus orientalis temperate ca-
lida est et inter humiditatem et siccitatem quasi
media vt dicit Constantinus, et ideo est fecū-
da floribus et fructibus et magis congrua
hominū habitationi. Occidentalis autē ven-
tus magis attinet frigiditatem et humiditatem,
et minus efficit terrā temperatā et ideo occi-
dentalis terra minus est fecunda. Ventus
autē septentrionalis terrā desiccatur et infrigi-
dat tamen ratione puri aeris ipsam subtili-
at et depurat, vnde in terra aquilonari homi-
nes sunt proceri stature et elegantis forme,
frigiditate enī exterioris aeris clauduntur po-
ri et calor naturalis retinetur intrinsecus ex
cuius virtute et statura ampliatur et figura
corporis decoratur. Ventus autē australis q̄
calidus est et humidus terrā quā continue
perflat turbat calefacit inspissat et ingrossat
et ideo homines australis regionis sunt sta-
ture contrarie et figure illis qui habitant in
aquilone, et ideo homines talium regionum
non sunt ita animosi et iracundi et clamoro-
si sicut alij, vt dicit Constantinus. Itē varia-
tur qualitas terre siue proprietates ex elon-
gatione a mari siue appropinquatione, nā ter-
ra vicina mari meridionali calidior est et hu-
midior terra que est vicina aquilonari. Nā
vapor calidus et humidus a mari resolutus
calefacit terrā que est sibi propinqua, mare ve-
ro septentrionale econuerso, et ideo mare pon-
ticum dulcius est q̄ cetera maria siue min⁹

falsum, quia plus in illo vincit frigus. Et ideo
vapor frigidus ab eo resolutus terrā infrigi-
dat propinquā etc. Itē variatur ex hominū
exercitio et operatione, quanto vero pl⁹ so-
ditur et evertitur, tanto eius virtus insita cū
singulis partibus amplius permisceat et si ap-
tior reddat vt ex ipsa fructus multiplex gene-
retur, quando vero diu ociosa dimittit et q̄-
eta, ad productionē fructuū reddit min⁹ ap-
ta. Itē bona terra si rose fuerit p̄fusa aut cō-
pluta mollificat impinguat et meliorat, si ve-
ro arenosa fuerit aut nimis lapidosa peior
efficitur quia amplius induratur.

De monte
Capitulum. II.

Mons est tumor ter-
re in altis se erigens solo pede reli-
quā terrā tangens, vel dicunt montes
eo q̄ sint super aliā terrā eminentes, vt dicit
Isidorus. Dicit etiā Aristoteles, in libro de p-
prietatibus elementorū, Quidā dixerunt q̄
terra in principio sue cōpositionis fuit rotū-
da et plana in qua non fuerunt montes neq̄
valles q̄a erat spherica in figura, sicut corpa
superiora, vnde montium et vallium causa non
est nisi cōmouo aquarū que cauauerunt lo-
ca rara et facti sunt montes p̄tes duriores,
que nō poterant cōcauari, loca v̄o p̄cauata
facta sunt loca marium et fluuioꝝum etc. Itē etiā
dicit in libro methorū, Montes inq̄ sunt q̄n-
q̄ ex vebementi motu terre v̄n eleuat terra
et fit mons sicut ex aqueductu accidit cōca-
uatio p̄funda et fit vallis. Itē ibidē, Montes
q̄ accessus et recessus q̄dā loca cauat, q̄dā
extollit et sunt montes. Et q̄nq̄ mare totaz ter-
ram cooperuit deindē mollia quedā etiā ab-
rasit et dura reliquit, et in quibusdā locis cōgessit
mollia etiā q̄dā p̄gestata cuiꝝ absunderet de-
siccata sunt et in montes p̄uerla etc. Montes
itaq̄ sūt duri solidi et cōpacti, a terra versus
celū erecti, et tñ terreradicat⁹ sūt p̄uicti, q̄nq̄
tñ sūt interius spongiosi, p̄caui, cauernosi, et ideo
ad se rōe vacuitatis aq̄s attrahūt atq̄ sugūt
quas postq̄ fuerint eoz p̄cauitates replete
per capita fontium emittunt, et sunt causa sem-
piterni fluxus et origo et p̄ncipiū fluuioꝝum.

ut dicit Aristoteles. Ex quo patet quod montes
 sauernosi sunt aquarum et humorum attractiui
 et attractorum continue emissiui. Item montes sunt
 metallorum nobilium contentiui. Et profundis
 enim montium venis metalla nobilia extrahuntur.
 Item montes sunt fructuum et aromatum
 productiui. propter puritatem enim aeris in sum-
 mitatibus montium dominantis puriores fru-
 ctus et dulciores in montibus nascuntur quam in
 vallibus licet pauciores. Item montes sunt ciui-
 bus quam valles radiorum solarium susceptiui. et sus-
 cepte illuminationis diutius retentiui. Item
 montes sunt vaporum et exalationum generati-
 ui. ex quorum aggregatiōe nubes in aere gene-
 rantur. In altissimis tamen montibus ut in olim-
 po raro generatur pluuie. ut dicit Aristoteles.
 quod est propter aeris subtilitatem et vaporum
 paucitatem. Humo enim vapor resoluitur et con-
 sumit antequam ad acumen montium attinge-
 re videatur. Item montes ventis et turbinibus sunt
 expositi plus quam valles. et ideo ratione frigiditatis
 in montibus dominantis sunt nium conservatiui.
 Ventus namque frigidus in montibus
 congelatur et restringitur. et ideo in montibus
 diutius quam in vallibus commoratur. ut patet in cau-
 easo et in libano et in alijs consimilibus montibus
 qui spiritum frigidorum densissimis niuibus candidatur.
 Item montes sepius patiuntur ictus fulminis
 et fulguris quam valles ut dicitur in libro. Et in
 pirenei montes a crebris fulminum ictibus nunquam
 dirigitur enim grece ignis dicitur latine. similiter
 et ceraunei montes a crebris fulminibus sunt
 dicitur grece ceraunos fulmen dicitur ut dicitur ibi-
 dem in libro. Item montes quia spiritum litium alti sunt et
 sublimes maxime congruunt speculatiōi. unde
 et qui aduentum hostium prouidere et precauere
 cupiunt cacumina montium ascendunt et eminentia
 pericula a remotis predicere consueverunt. Item
 montes quia quo ad naturam et copiositatem
 primum. solidi sunt et fortes. ideo potissime sunt
 apti castrore dicationi unde mansiones in
 montibus solent esse fortes et ceteris tutiores
 maxime quam propter interiorum duriciem non
 sunt suffodi. et propter situs altitudinem adiri
 non possunt faciliter seu ascendi. Item montes
 quia in herbis et in pascuis fecundi sunt et vber-
 res. ideo conueniunt pasture ouium et animali-

am refectioni. Adtuosa enim pascua et gra-
 mina in montibus crescentia sunt salubria. et nu-
 tritura animalium vtiliora quam illa que crescunt in
 vallibus quamuis sint generaliter pinguiora. Hu-
 mor enim nutritivus quo nutriuntur herbe et
 gramina in montanis. subtilior est et purior
 quam campestris. Et ideo calor celestis facilius illam
 humiditatem digerit. et in subam gramina et
 fructuum immutat perfectius et conuertit. tum propter
 humoris ipsius subtilitatem. tum etiam propter existens-
 tem ibidem aeris puritatem. Item in montibus ab-
 undant altiores arbores quam in vallibus et fru-
 ctices densiores. Item montes congruunt aialium
 a gressu habitationi et auium siluestrium nidifi-
 cationi. propter quod et fere quando persequitur
 tur a venatoribus in valle refugit ad montes
 et ibi sinit tute

De ararath

Ca. III

Ararath mons est
 in Armenia altissimus in quo archa pro-
 diluuii requieuit. ut dicitur in libro. Et usque hodie
 lignorum arche vestigia in eiusdem montis vertice ad-
 huc apparerent. vocatur autem idem mons dicitur in nomi-
 nibus. De hoc enim monte dicitur Iosephus sic
 locus inquit ubi est archa noe armeni egressi
 soium vocatur. Illic enim arche solute reliquias
 usque hodie conuinciales adhuc ostendunt. Huius
 enim arche ut dicitur idem Iosephus ibidem memi-
 nit berossus caldeus narrans sic. Dicitur autem et
 nauis que in armenia venit circa montem
 cardien. adhuc aliqua pars esse et quoddam in-
 debitumen cadere quo marie utuntur homi-
 nes ad expiationem. De hoc etiam scribitur et Iosephus
 in libro. Et in libro. Et in libro. Et in libro. Et in libro.
 Est mons excelsus in ar-
 menia quibus appellatur in quo multos confu-
 gientes sermo est diluuii tpe liberatos et quon-
 dam simul in archa deuectum in montis venis
 summitate lignorumque reliquias ibi multo
 tempe esse reueratas. Armenia etiam montes
 dicitur a coceraunei. propter multitudinem et fulmi-
 num crebra percussiones. grece enim ceraunos
 fulmen dicitur latine. ut dicitur in libro. Huius
 montes inter armeniam et biberiam incipiunt a pomis
 calpis usque ad fontem unde fluit uigris oris
 ut dicitur in libro.

De bethel

Ca. III

Montes bethel sūt

in iudea vicini hierusalem vbi domus domini fuit sub salomōe edificata. Sunt autē montes bethel nemorosi arboribus consiti fertiles et fecundi graminiibus et herbis aromanticis pleni. et iō cerui capree et hinnuli frequētare illoz montium cacumina sunt assueti

De caucaso

Ca. V

Caucasus est mons

orientalis ab india vsq; ad thaur porrectus per gentiū iuxta illos montes habitantiū varietatē diuersis nominibus nuncupatus. vt dicit Isidorus. Abi autē ad orientem in excelsoze surgit sublimitatē propter nimium candorem caucasus nominatur. Nam lingua orientali caucasus. id est. candor dicitur. Inde et eos qui huic monti sūt vicini croachasym vocauerūt. achasym enī apud eos candor vel nix appellatur. vt dicit idem

De hebal

Ca. VI

Mons hebal est mōs

transiordanē in quo steterūt sex tribus post iordanis transitus ad maledicendū illis qui precepta decalogi nō seruarent vt patet Deut. xxvj. Et est mons vt dicitur cauemosus et voraginosus patiens sepius terremotū cui concordat interpretatō eius. Nam vetus vorago interpretatur. Fuit itaq; mons maledicōis et imprecandōis in quo mala trāsgressorū imprecabant. Reputabatur etiā mons vilitatis et abiectōis. vñ et sex tribus ignobiliores. scilicet filij sup montem hebal fuerūt ad maledicēdū ipso deputati. Deut. xxvj.

De hermon

Capitulum. VII

Hermon est mons

modicus super iordanē situs. q̄ in herbis et pascuis est fecundus. Nam circa radices eius siue circa pedē fluētis iordanis irrigatione imbuitur. circa verticem

vero eius seu cacumen copioso rose perfunditur. et ideo virose ex rose et aque influētia decoratur et insignit̄ propter quod et ibi multat̄ tribantur pecora. que in templo debuerūt imolari domino et offerri. et quia animalia ex rose influētia et herbis eius de montis impinguata. in monte syon. id est. in atriō templi offerebantur. Ideo dicit̄ sm̄ hebreos pphetam q̄ ros hermon descendit in montes syon. quod ad litterā fieri non potuit. quia mons syon monte hermon altior existit. In super et ab eo valde remotus fuit. p̄ tāto igitur ros montis hermon dicit̄ descendisse in syon quia pinguedines et adipēs animalū q̄ in illo monte pascebant ad pastū ignis altaris in hierusalē in sacrificio offerebantur. propter quod et hermon lumen exaltatū interpretatur. sicut dicit glo. sup psal. quia lumē in altari augebatur quādo ignis sacrificij tali pabulo fouebat̄.

De hebron

Ca. VIII

Mons hebron mōs

est in iudea in quo est sita ciuitas famosissima ab eiusdē montis nomine hebron dicta. vt dicit Rabanus. Cuius vallis dicitur vallis mambre que ab antiq̄ tempore ab amicis aner et eschol est possessa vt patet in Gen. hic mons locus est solennis ratione sanctorū patriarcharū quorū corpora ibidem quasi a mundi principio quiescunt. vt dicitur Gen. ibi adā maximus etc. Item illū montē potentissimi viri iure hereditario possederūt. vt patet Josue. xv. vbi dicitur. Eleuit ex eo caleph filius enach. sy. sai et achinaan et ptholomai etc. In hoc monte tanq̄m in loco tutiori dominus principum regni dauid instituit et ei vt illac ascēderet post mortē saul diuinitus imperauit. vbi septem annorū spacio regnans tandē ad totius regni israhelici fastigium assumptus fuit. Iste mons ab antiquis cariatbarbe fuit primitus nūcupatus. i. ciuitas quattuor. quia nominatissimorū viroz quattuor corpora ibi requiescūt. vt dicit Hiero. scz adam et abraā isaac et iacob etc.

De montib⁹ ethyopie
Capitulum. IX

Montes ethiopiae

M dicunt esse. vij. inter quos p̄cipu⁹ mons atblas est. **E**thiopia enim vt dicit **Isid.** li. xiiij. ca. iij. circa occidentu⁹ montuosa est & arenosa in medio. ad orientalem autē plagā deserta cui⁹ situs ab occiduo atblanus montis vsq; in egypti fines porrigitur a meridie oceano. a septentrione nilo flumine claudit. **H**ui⁹ regionis montana sic et plana plimas hnt gētes. vultu & monstruosa specie horribiles. ferax q̄s & serpētū referta sunt multitudine **Illic** rinoceros bestia. s. vnicoz nis. illic cameli & pardillic basilisci & dracones ingēssimi ex q̄z cerebro gēme extrahuntur. **J**acinet⁹ q̄s et crisoprasus ibi inveniūt & cinomomū recolligit. **A**lic gignunt seuere vt dracones struthiones & symie & etiam elephātes. **D**ucusq; **Isid.** dicit eniaz ibidē q̄ in cyrenē & ethyopiā est fons q̄ friget calore diei. & calet frigore noctis p̄ra naturā aquarū & fontū alioz

De ethna **Ca. X**

Ethna est mons

Ethna insula ex q̄ erūpit ignis cum sulphure quē admodū in gebenna vt dicit **Isid.** li. xiiij. ca. vi. **H**ic mōs ab illa p̄te q̄ flat eur⁹ vsq; ad mare deductas q̄ spelūcas plenas sulphuris vsq; ad mare deductas q̄ spelūcas in se recipientes fluct⁹ v̄tum creat q̄ agitat⁹ ex sulphure ignē gignit. vñ & incēdiū fumosu⁹ ad terrā ab h̄ mōte erūpere p̄suevit. sic ibidē dicit **Isid.** **I**n h̄ etiā mōte sepe dicit apparere quedāz figure & audiunt sepe ab incolte terre circa montē ethne gemitus & voces q̄rulse vñ a plerisq; credit q̄ ibi sint loca penalia in quib⁹ aīe aliquē puniunt q̄d tñ non assero sed beat⁹ **Greg.** in dialogo suo videt de h̄sa cere mentionē

De monte esau **Ca. XI**

Mons esau idem

M est q̄d mons seyr. **I**n h̄ mōte est ciuitas idumea ab eodē dicta. idē ab

esau filio **Isaac** q̄ ciuitatē illā p̄mit⁹ dicit cōstituisse. vt dicit **Hiero.** sup abdiā. nā esau seyr & edom appellat⁹ est. d̄ h̄ dicit glo sup **Deut.** ij. seyr inquit est mons i terra edom in q̄ habitauit esau i regione gabalena vbi p̄mo habitabat horre⁹ quem interfecit chodalaamor **Gen.** xiiij. & h̄ mons dicit⁹ est ab esau piloso & hispido seyr. i. & pilosi nomen accepit. istum montē habitauerūt p̄mo horrei boies stature gigantee enormitate corpis horribiles. vt dicit glo. sup **Deut.** ij. q̄b⁹ expulsis atq; deletis habitauerunt ibi filij esau. vt d̄ **Deut.** ij. **M**ōtes itaq; terre edom altissimi sunt. ita q̄ aliq̄b⁹ p̄tib⁹ nubes tāgere videāt. **S**unt autē mōtes illi cauernosi & cōcaui & spelūcis pleni. vt dicit glo. sup abdiā. in q̄b⁹ habitant boies in estate q̄ ibi minorē est solis

De monte effraym **Ca. XII.**
Mons effraym spe-

Mcialiē dicebat mōs i t̄bu effray i q̄ io sue fili⁹ nun recepit possessionē. vt p̄ **Josue** xix. in quo edificauit ciuitatē habitauitq; in ea. inter alios vero regionis illius mōtes. vt dicit adamācius. erat mōs iste herbis et arb⁹ bonib⁹ insignior & fructib⁹ fecundior situ sublimior aspectu pulcrior aere salubrior riuul⁹ fontū montē irrigantiū fertilior. & idē erat locus p̄gru⁹ vt i eoisus q̄ dicit⁹ ē iosue habitaret. vt dicit idē adamā. in eodē mōte a septentrionali p̄te montis iosue ē sepulc⁹. vt d̄ **Josue** xxiiij. **E**rat etiā mons iste vicin⁹ sychem q̄ erat ciuitas refugij cū suburbanis suis in mōte effraym. vt p̄ **Josue** xx. vbi sepulta sūt ossa iosue. vt d̄ **Josue** vi. **I**n eodē etiā mōte reposuit iosue culcros seu macheras petri nas q̄b⁹ filios israel in heremo circūcidit. vt dicit adamā. sup **Josue** c. xx. **P**roterea i mōte effraym habitauit delbora p̄phētissa et se debat sub palma q̄ erat in betbel & rama. vt p̄ **Jud.** iij. c. **M**ultos ei montes p̄ticulares siue colles habuit mōs effraym. i. trib⁹ effraym. q̄a tota illi⁹ fors plurimū fuit mōtuosa & i locis plib⁹ nemozosa. vt p̄ **Josue** xvij. **I**n eodē mōte interfecit sūt p̄ncipes madianoz et zeb quoz capita ad gedeon transioz danis fluiuiū sunt allata. vt pat⁹ **Jud.** vij. **I**n

ramatha etiā montis effraym natus fuit samuel propheta. i. Regū. i. et ibidem conuersatus. quia ab eo in eodē loco saul in regem p̄mitus est inunctus. ut patz. i. Regū. x. In eodem etiā monte samuel mortuus est et sepultus. i. Regū. xxv.

De monte p̄basga ¶ Ca. XIII

P̄basga mons est

maximus p̄ueniens in se multos p̄ticulares mōtes. In hoc monte sunt abarim et nebo qui sunt colles super quos ascendit moyses ut videret terminos terre p̄missionis anteq̄ moreret et in valle eiusdē montis in campestribus moab tumulo traderet. ut patet numeri. xxvij. et Deut. ultimo. Hic mons fuit in finibus moabitarū et amonitarū diuidēs terraz eorum a terra amorēoz quā postea possederunt ruben et gad et dimidia tribus manasse. ut patz. Deut. iij. Radices vō isti mōtis tangūt mare rubrum q̄d est mare salissimū. sicut dicit Deut. iij. tā in textu q̄ in glo. Et isti montes diuidebant terrā quā inhabitabāt moabite et amonite a terra quā possessiōz receperāt israelite. Et vsq̄ ad v̄ticē eius mōtis puenit moyses et ex illo loco totā terrā p̄missionis fuit cōtemplat⁹ ibiqz mortuus est. et in valle eiusdē mōtis vbi fuerūt campestria moab sepulch⁹ est et vsqz hodie occulat⁹ sup̄ istū montem p̄basga ascendit balaā ariol⁹ cū balaac rege moabitarū ut malediceret p̄lo israelitico cuius maledictionē dñs p̄uertit in b̄ndictionēz ut dicit Numeri. xxij. Ex q̄ patet q̄ mons ille fuit mōs diuisiōis. q̄a terminos maloz a bonoz terminis diuidebat. Item mons benedictionis. quia inde dominus per balaam p̄phetaz b̄ndictionē populo israelitico cōferebat. Item mons fuit speculatiōis et cōtēplatiōis. q̄a inde moyses terre p̄missionis terminos p̄uidebat. De h̄ monte dicit Hiero. in libro de nominibus locoz Abarim in q̄t est mons in quo mortuus est moyses in terra moab cōtra hiericho in sup̄cilio mōtis p̄basga a qua tota regio in circuitu dicit p̄basga et ostendit ascendentibus de lydia de meselon et idē est q̄d et nebo ꝛ

De monte gosoz ¶ Ca. XIII

Gosoz est mons si

ue collis moabitarū et est p̄s mōtis p̄basga sup̄ quē balaac dixit balaā. ut malediceret israel. Numeri. xxij. ita dicit Hiero. in libro supradicto.

De monte galaad

Capitulum. XV

Galaad ut dicitur

onym⁹ mons est ad quem iacob venit septimo die de canaā quādo fugiebat laban. Est autē ut dicit idē ad tergū fenicis et arabie collibus libani copulat⁹. et exēditur vsqz ultra iordanē in terra q̄ quondam fuit leon regis amorēoz. postea vō cecidit i forte ruben et gad et dimidia tribus manasse in quo monte est ciuitas edificata et p̄sū notie appellata a galaad filio machir filij manasse Hic mons in aliis ē nobilis. q̄ mons ē pasture et refectiōis. Est ei ferulissim⁹ in frugibus et in pascuis et in fontibus. Item mons ē medele et curatiōis. nā in galaad inuenit resina q̄ curant vulnera et diuersi morbi sanāt. ut dicit Hiero. viij. In q̄d resina est in galaad ꝛ. Item mons ē federis et recōciliatiōis. q̄ in mōte galaad p̄federat⁹ est iacob cū laban et ei totalitē recōciliat⁹. ut patz. Gen. xxxj. Item mons ē testificatiōis. ut patz. ibidē. Dicit enim appellatur est nomen ei⁹ galaad. i. cumulus testis. Item mōs est lucris et negociatiōis. nā montana galaad negociatores p̄sp̄ibus aromaticis cōparādis sepius frequētabāt. ut patet Gen. xxxvi. viderunt negociatores venire d̄ galaad portantes aromatica in egyptū

De monte garizim

Capitulum. XVI

Garizim ut dicitur

Hiero. est mons iuxta hiericho cui vicin⁹ ē mōs ebal ex aduerso respectiōis. In his duobus mōtib⁹ b̄ndictiōes et maledictiōes p̄lo utrāq̄ terrā p̄missionis p̄mulgabant ut p̄b̄ndictiōes puocarēt ad bonū legamatores. Per maledictiōes vō terrerēt de calogi trāsgressores In garizim vō sex tribus

mobiliores cum sacerdotib⁹ pclamabāt bñ
dictiones. Et iō inoleuit p̄suetudo vt mons
ille haberet in veneratiōe a posteris ⁊ frequen
taretur causa sacrificij ⁊ orationis. Unde in
ter iudeos et samaritanos fuit cōtentio de
loco adorationis samaritanis proferētib⁹
montē garizim conuenientiorē esse ad oran
dum q̄z templū in hierusalē. iudeis contra
rium asserentib⁹. vt patet Jobis. iij. tam ite
rtu q̄z in glosa

De monte gelboe
Capitulum. XVII

Gelboe sunt mōtes
vt dicit Hieronym⁹ alienigenarū
vij. miliario a sitopoli in quibus est
vicus grandis qui gelboes nuncupatur in
monib⁹. istis perijt Saul cu; ionatba filio
suo et corruit corā philisteis israel. vt patz. j.
Regū vltimo. Cōtra quos indignatus da
uid ppter ruinam populi ipsis maledixit ⁊
maledicendo eos in siccitatē et sterilitatē cō
mutauit. vt dicit glosa super. ij. libzū regum
ca. j. Montes in quid gelboe vberes fuerūt
ante maledictionē quos baten⁹ maledictō
ni subiacere ferūt nec vnq̄z ibi plueret estāt.

De monte Solgata
Capitulum. XVIII

Solgata ut dicit
Hieronym⁹ est mons caluarie in
quo saluator noster fuit p salute
bominū crucifixus et vsq; bodie ostēditur
in helia ad septentrionalē plagā montis sy
on. Dicitur autē locus caluarie s̄m Sidorz.
quia ibi capita hominū damnatorū; decal
uarentur

De gaas Capitulum. XIX

Gas est collis in
monte effraym in possessiōe Josue
filij. Nun vbi mortuus fuit Josue
et sepultus in septentrionali parte eiusdem
mōtis. vt patet i libro iosue capitulo vltimo
cuius sepulcrū ostendit in monte predicto
vsq; ad presentē diē. vt dicit Hieronymus i
predicto libro de nominib⁹

De monte hephz on
Capitulum. XX.

Dns hephzō est
monticulus in tribu iuda cōtra se
ptentrionē in. xx. ab beka miliario
vbi est villa pergrandis que effrata nūcupa
tur vt dicit Hieronymus

De montibus israel
Capitulum. XXI.

Montes israel di
cuntur montes generaliter totū
us terre p̄missionis siue fuerit vl
tra iordane siue cura sepetū sumunt pro ter
ra decē tribuū que fuit montuosa precipue
in tribu dan et effraym. Nā et decē trib⁹ no
men israel sibi vendicauerunt sub Hierobo
am qui fuit de effraym. ⁊ regnavit primo in
samaria super decē tribus vt dicit Hierony
mus. et patet in historia libro. iij. Regū. xij.
Hi montes multuz erant pascuales vberes
fructuosi et frugiferi oliuis et alijs arborib⁹
fructiferis consiti. erāt etiā medicinales ber
bis et speciebus aromaticis plēn. vt dicit Isi
dorus libro. xiiij. caplo. iij. Samaria regio ē
palestine ab opido quondā nomen accepit
quod quondā erat ciuitas regalis in israel.
que nunc ab augusto sebastia nūcupatur.
Hec regio iudee vicina est et illi similis i na
tura. Nā variarū opū diues est frugib⁹ fer
tilis aquis illustris opima balsamis. Unde
s̄m granā elementozū iudei banc terrā mel
le et lacte fluentē iudicabant. Nā in ei⁹ mō
tibus propter pascuarū abundantiaz in nu
merabiliū ouū et pecozū greges et armēta
pascēbātur. Alpes etiā innumerabiles i eis
dem mellificantes. herbarz et floz suauitate
dulcissima nutriebant. fruct⁹ ⁊ fruges pp̄ ae
ris temperiē ⁊ rois abundantā cuiissime ad
maturitatē in illis mōtibus ducebant. auz
⁊ argentū ⁊ cetera metallorū genera in illis
montib⁹ fodiebant. Deut. viij. Fontes ⁊ flux
mina de penis montū sup̄ p̄grediebāt. lo
ca munissima i illis mōtib⁹ edificabāt. fere
silue stres sicut tigudes ⁊ leones i illis nemo
rosis mōtib⁹ p̄uersabant

De montibus iperbozeis XXII

Iperborei mōtes

Idicūt mōtes scitbie eo q̄ vltra eos flat bozeas. vt dicit **I**sid. li. xiiij. Sūt autē fm̄ **I**sidoy eundē ca. iij. terre scitbie locu/ pletes inhabitabiles tamen plures. **I**nā dū in plerisq; locis auro et gēmis mōtis scitbie affluāt. grifonū immanitate rar⁹ ibi access⁹ hominū est. In illis mōtib⁹ smaragdi optimi sūt ⁊ cristalli purissimi de scitbie mōtib⁹ trāsmittunt. Sūt autē silue aspere ibi ⁊ maxime q̄ immanib⁹ feris pardis nigris ⁊ pantheris sunt replete. **I**bi etiā sūt canes tāte magnitudinis ⁊ tam immēse feritatis vt tbauz p̄mant ⁊ leones p̄mant ⁊ occidant ⁊ maxima ī albania ⁊ hircania q̄ scitbie sunt regiones q̄ mōtuose sūt ⁊ plimū nemozose

De carmelo Ca. XXIII

Carmel⁹ est mons

Carudee in q̄ est ciuitas dicta carmela. Et est duplex carmel⁹. vn⁹ ī supiori pte ⁊ meridie in q̄ nabal legū pauisse greges. **I**n Reg. xxi. ali⁹ est carmel⁹ ī inferiori pte ter/ re respiciēs mare. vterq; mōs fertilis est in pascuis fructib⁹ ⁊ herbis

De libano Ca. XXIII

Mons libani est

